

Catul

Digt 61



## INDHOLD

1-75: Til bryllupsguden . . . . .	1
1-45: Påkaldelse . . . . .	1
46-75: Lovprisning . . . . .	3
76-120 Sang foran brudens hus . . . . .	5
121-190 Bryllupsoptøget . . . . .	7
191-235 Bryllupssang ved brudekammeret . . . . .	10

## 1–75: Til bryllupsguden

## 1–45: Påkaldelse

Cöllis ð Hēlicōnī cūltōr, Ūrāniāe gēnūs, quī rāpīs tēnēram ād uīrūm uīrgīnem, ð Hýmēnāee Hýmēn, ð Hýmēn Hýmēnāēē;	5
cinge tempora floribus suaue olentis amaraci, flammeum cape laetus, huc huc ueni, niueo gerens luteum pede soccum;	10
excitusque hilari die, nuptialia concinens uoce carmina tinnula, pelle humum pedibus, manu pineam quate taedam.	15

collis (coll-) *m.3.*: høj, bjerg  
 Heliconius (-us, -a, -um) *adj.*:  
     fra bjerget *Hēlicon* i Bøótien  
 cultor (cultōr-) *m.3.*: beboer  
 Urania (A) *f.1.*: Urānia  
     (astronomiens muse)  
 genus (genēr-) *n.3.*: slægt, afkom, barn  
 rapio (rapui, raptum, rapēre) *3.*:  
     griber, stjæler  
 tener (tener, tenera, tenerum) *adj.*: fin, ung  
 Hymen Hymenaeae :  
     *interjektion/vokativ* Kom bryllupsgud!  
 —  
 cingo (cixi, cinctum, cingēre) *3.*:  
     vikler omkring, omkranser  
 tempus (tempōr-) *n.3.*: tinding<sup>a</sup>  
 flōs (flōr-) *m.3.*: blomst  
 svave *adv.*: sødt  
 olens (olentis, olente) *adj.*: lugtende, duftende  
 amāracus (O) *m./f.2.*:  
     majoran (plante i familie med timian  
     og oregano)

<sup>a</sup>En fælde: præcis samme ord kan også betyde tid!

flammeum (O) *n.2.*: brudeslør  
 capio (cēpi, captum, capēre) *3.*: griber, tager  
 laetus (-us, -a, -um) *adj.*: glad  
 huc *adv.*: herhen  
 venio (veni, ventum, venīre) *4.*: kommer  
 niveus (-us, -a, -um) *adj.*: snehvid  
 gero (gessi, gestum, gerēre) *3.*: bærer  
 luteus (-us, -a, -um) *adj.*: gul  
 soccus (O) *m.2.*: sandal  
 —  
 excio (excīvi, excitum, excīre) *4.*: tilkalder  
 hilāris (-is, -e) *adj.*: munter, fest-  
 nuptialis (-is, -e) *adj.*: bryllups-  
 concīno (concīnui, concentum, concīnēre) *3.*:  
     synger i kor  
 vox (voc-) *f.3.*: stemme  
 carmen (carmin-) *n.3.*: sang  
 tinnūlus (-us, -a, -um) *adj.*: klar og høj  
 pello (pulsi, pulsum, pellēre) *3.*:  
     støder, tramper på  
 humus (U) *f.4.*: jorden  
 pes (ped-) *m.3.*: fod  
 manus (U) *f.4.*: hånd  
 pineus (-us, -a, -um) *adj.*: fyrre-  
 quātio (—, quassum, quātēre) *3.*: svinger  
 med  
 taeda (A) *f.1.*: fakkel

namque Junia Manlio,  
 qualis Idalium colens  
 uenit ad Phrygium Venus  
 iudicem, bona cum bona  
 20                   nubet alite uirgo,  
  
 floridis uelut enitens  
 myrtus Asia ramulis,  
 quos Hamadryades deae  
 ludicrum sibi roscido  
 25                   nutriunt umore.  
  
 quare age, huc aditum ferens,  
 perge linquere Thespieae  
 rupis Aonios specus,  
 nympa quos super irrigat  
 30                   frigerans Aganippe.

namque *adv.*: nemlig  
 Junia (A) *f.1*: Júnía (bruden)  
 Manlius (O) *m.2*: Mánlius (brudgommen)  
 qualis *relativt pron.*: sådan som  
 Idalium (O) *n.2*: Idálium  
                  (forbjerg på Kypem helliget Venus)  
 colo (colui, cultum, colere) *3*: dyrker, bebor  
 Phrygius (-us, -a, -um) *adj.*: frygisk  
 iudex (iudicis) *m.3*: dommer  
 nubo (nupsi, nuptum, nubere) *3*: gifter mig  
                  med + *DATIV* (fem. subjekt)  
 ales (alitis) *f.3*: fugl, fuglevarsel  
 —  
 floridus (-us, -a, -um) *adj.*: blomstrende  
 enitens *adj.*: strålende  
 Asius (-us, -a, -um) *adj.*: asisk  
 ramulus (O) *m.2*: gren  
 Hamadryas (Hamadryad-) *f.3*:  
                  trænymfe  
 ludicrum (O) *n.2*: leg, sjov  
 roscidus (-us, -a, -um) *adj.*: dugvåd  
 nutrio (nutrivi, nutritum, nutrire) *4*:  
                  ammer, føder  
 umor (umoris) *m.3*: væske

quare *adv.*: derfor  
 aditus (U) *m.4*: gang  
 fero (tuli, latum, ferre) *3*: bringer, styrer  
 pergo (perrexi, perrectum, pergere) *3*:  
                  styrer, 'bliver ved'  
 linquo (liqui, —, linquere) *3*: forlader  
 Thespius (-us, -a, -um) *adj.*: thespisk  
                  (Thespiæ var en by i Bøotien)  
 rupis (rupis) *f.3*: klippe  
 Aonius (-us, -a, -um) *adj.*: bøotisk,  
                  Aónia var en by i Bøotien  
 specus (U) *m.4*: hule  
 irrigo (irrigavi, irrigatum, irrigare) *1*: vander  
 frigerans (gerantis) *adj.*: kølende  
 Aganippe (A) *f.1*:  
                  kilden Aganippe ved Helikons fod

ac domum dominam uoca  
 coniugis cupidam noui,  
 mentem amore reuinciens,  
 ut tenax hedera huc et huc  
 arborem implicat errans. 35

## 36–45: Bemærkninger til brudepigerne

uosque item simul, integrae  
 uirgines, quibus aduenit  
 par dies, agite in modum  
 dicite, o Hymenaeae Hymen,  
 o Hymen Hymenaeae. 40

ut libentius, audiens  
 se citarier ad suum  
 munus, huc aditum ferat  
 dux bonae Veneris, boni  
 coniugator amoris. 45

## 46–75: Lovprisning

quis deus magis est ama-  
 tis petendus amantibus?  
 quem colent homines magis  
 caelitum, o Hymenaeae Hymen,  
 o Hymen Hymenaeae? 50

conjux (conjugis) *m.3.*: ægtefælle  
 cupidus (-us, -a, -um) *adj.*: begærlig  
 revincio (vinxi, vinctum, vincire) *4.*:  
 omvinkler, binder  
 ut *konj.*: ligesom (med indikativ)  
 tenax (tenācis) *adj.*: fastholdende  
 hedera (A) *f.1.*: vedbend, efeu  
 arbor (arboris) *m.3.*: træ  
 implico (implicāre) *1.*: omviklere  
 errans (errantis) *adj.*: omstrefjende  
 —  
 item *adv.*: også  
 simul *adv.*: samtidig  
 integer, integra, integrum *adj.*: uberørt  
 par (paris) *adj.*: tilsvarende  
 ago (egi, actum, agere) *4.*: kommer  
 in modum *præp.led.*: i takt

ut *konj.*: for at, så at (med konjunktiv)  
 libentius *adv.*: hellere, mere villigt  
 cito (citāre) *4.*: tilkalder

citarier<sup>a</sup> = citari

munus (muneris) *n.3.*: opgave  
 aditum ferat *se vers 26*  
 dux (ducis) *m.3.*: fører, guide  
 conjugator (-toris) *m.3.*: forener, stifter

—  
 magis *adv.*: mere  
 petendus est *gerund af peto*: bør opsøges  
 colo (colui, cultum, colere) *3.*: dyrker  
 caeles (caelitis) *m./f.3.*: gud

<sup>a</sup> Arkaisk passiv infinitiv

te suis tremulus parens  
 inuocat, tibi uirgines  
 zonula soluunt sinus,  
 te timens cupida nouus  
 55         captat aure maritus.  
  
 tu fero iuueni in manus  
 flordam ipse puellulam  
 dedis a gremio suae  
 matris, o Hymenaeae Hymen,  
 60         o Hymen Hymenaeae.  
  
 nil potest sine te Venus,  
 fama quod bona comprobet,  
 commodi capere, at potest  
 te uolente. quis huic deo  
 65         compararier ausit?  
  
 nulla quit sine te domus  
 liberos dare, nec parens  
 stirpe nitier; ac potest  
 te uolente. quis huic deo  
 70         compararier ausit?  
  
 quae tuis careat sacris,  
 non queat dare praesides  
 terra finibus: at queat  
 te uolente. quis huic deo  
 75         compararier ausit?

tremulus (-us, -a, -um) *adj.*: rystende  
 zonula (A) *f.1.*: bælte  
 solvo, (solvi, solutum, solvere) 3: løser fra  
   (solüünt har tre stavelser her)  
 sinus (U) *m.4.*: folder (i tøj)  
 timens (-ntis) *adj.*: frygtende  
 capto (captavi, captum, captäre) 1: fanger,  
   'lytter'  
 auris (auris) *f.3.*: øre  
 —  
 ferus (-us, -a, -um) *adj.*: vild  
 dedo (dedidi, deditum, dedäre) 3: overgiver  
 gremium (O) *n.2.*: skød  
 —  
 sine *præp.m.abl.*: uden  
 fama (A) *f.1.*: rygte  
 comprobo (-probavi, -probatum, probäre) 1:  
   godkender  
 commodum (O) *n.2.*: fordel, noget godt

volo (volui, —, velle) —: vil  
 comparo (-paravi, -paratum, -paräre) 1:  
   sammenligner<sup>a</sup>  
 audeo (ausus sum, audäre) 2: halvdep.  
   vover<sup>a</sup>  
 —  
 queo (quivi, quitum, quäre) 4: kan,  
   er i stand til  
 stirpis (stirpis) *f.3.*: træstub, slægt  
 nitor (nixus sum, niti) 3: *dep.*: støtter mig til  
 —  
 careo (carui, caritum, caräre) 2: mangler  
   (+ *abl.*)  
 sacra (O) *n.plur.*: kult  
 praeses (praesidis) *m.3.*: forsvarer  
 finis (finis) *m.3.*: grænse,  
   (i plur.) landområder

<sup>a</sup> Angående formen comparier, se v. 42.

<sup>a</sup> ausit er perf.konj.

## 76–120 Sang foran brudens hus

claustra pandite ianuae. uirgo adest. uiden ut faces splendidas quatiunt comas? ... ... ... tardet ingenuus pudor. quem tamen magis audiens, flet quod ire necesse est.	80
flore desine. non tibi Au- runculeia periculum est, ne qua femina pulcrior clarum ab Oceano diem uiderit uenientem.	90
talis in uario solet diuitis domini hortulo stare flos hyacinthinus. sed moraris, abit dies. <prodeas noua nupta.>	95
prodeas noua nupta, si iam uidetur, et audias nostra uerba. uiden? faces aureas quatiunt comas: prodeas noua nupta.	100

claustrum (O) *n.2.*: slå, lukketøj  
pando (pandi, passum, pandere) *3.*: åbner  
ianua (A) *f.1.*: dør  
viden = vides–ne  
–ne *enklitisk partikel*: markerer spørgsmål  
ut *konj.*: hvordan  
fax (facis) *f.3.*: fakkel  
coma (A) *f.1.*: hår  
—  
tardo (tardavi, tardatum, tardare) *1.*:  
forsinker, holder tilbage  
ingenuus (-us, -a, -um) *adj.*: medfødt  
pudor (pudoris) *m.3.*: blufærdighed  
fleo (fleui, fletum, flere) *2.*: græder

desino (desii, desitum, desinere) *3.*: holder op  
med  
periculum (O) *n.2.*: fare  
Aurunculeia *f.1.*: Aurunculeia (bruden)  
ne *konj.*: at (se HØ § 216)  
—  
talis, tale *pron.korr.demonst.*: sådan  
(HØ § 53)  
varius (-us, -a, -um) *adj.*: farverig  
dives (divitis) *adj.3.*: rig  
moror (moratus sum, morari) *1.dep.*: tøver  
prodeo (prodii, proditum, prodire) *4.*:  
går frem  
—  
aureus (-us, -a, -um) *adj.*: gylden





## 121–190 Bryllupsoptoget

tollite, o pueri, faces: flammeum uideo uenire. ite concinite in modum ‘io Hymen Hymenaeae io, io Hymen Hymenaeae.’	125
ne diu taceat procax Fescennina iocatio, nec nuces pueris neget desertum domini audiens concubinus amorem.	130
da nuces pueris, iners concubine! satis diu lusisti nucibus: libet iam seruire Talasio. concubine, nuces da.	135
sordebant tibi uillicae, concubine, hodie atque heri: nunc tuum cinerarius tondet os. miser a miser concubine, nuces da.	140
diceris male te a tuis unguentate glabris marite abstinere, sed abstine. io Hymen Hymenaeae io, <io Hymen Hymenaeae.>	145

flammeum (O) *n.2.*: brudeslør

—

procax (procacis) *adj.3.*: fræk, grov

Fescenninus (-us, -a, -um) *adj.*: fra byen

Fescennia

iocatio (-onis) *f.3.*: spøg<sup>a</sup>

nux (nucis) *f.3.*: nød

desertus (-us, -a, -um) *adj.*: forladt,

‘ligger øde hen’

concubinus (O) *m.2.*: elsker

—

iners (inertis) *adj.3.*: sløv

ludo (lusi, lusum, ludere) *3.*: leger

libet *upersonligt verb.*: det behager

Taladius (O) *m.2.*: bryllupsfestråb

sordeo (sordui, —, sordere) *2.*: foragter

(+ dativ)

vilica (A) *f.1.*: husholderske

cinerarius (O) *m.2.*: frisør

tondeo (totondi, tonsum, tondere) *2.*: klipper

os (oris) *n.3.*: ansigt, hoved

—

male *adv.*: vanskeligt

unguentatus (-us, -a, -um) *adj.*: salveduftende

glaber (O) *m.2.*: ung slave uden skæg

abstineo (abstinui, —, abstinere) *2.*: holder  
mig fra

<sup>a</sup>Fescennina iocatio var grovkornede spot-  
tesange som skulle holde ondt borte.

scimus haec tibi, quae licent,  
 sola cognita, sed marito  
 ista non eadem licent.  
 io Hymen Hymenaeae io,  
 150           io Hymen Hymenaeae.  
  
 nupta, tu quoque, quae tuus  
 uir petet, caue ne neges,  
 ni petitum aliunde eat.  
 io Hymen Hymenaeae io,  
 155           io Hymen Hymenaeae.  
  
 en tibi domus ut potens  
 et beata uiri tui,  
 quae tibi sine seruiat  
 (io Hymen Hymenaeae io,  
 160           io Hymen Hymenaeae)  
  
 usque dum tremulum mouens  
 cana tempus anilitas  
 omnia omnibus annuit.  
 io Hymen Hymenaeae io,  
 165           io Hymen Hymenaeae.  
  
 transfer omine cum bono  
 limen aureolos pedes,  
 rasilemque subi forem.  
 io Hymen Hymenaeae io,  
 170           io Hymen Hymenaeae.

licet (licuit, licēre) 2.: er tilladt  
 cognitus (-us, -a, -um) *adj.*: kendt  
 maritus (O) *m.2.*: ægteemand  
 —  
 peto (petivi, petitum, petēre) 3.: søger,  
   beder om  
 caveo (cavi, cautum, cavēre) 2.: passer på  
 ni *konj.*: for at ikke  
 petitum 1. *supinum*: for at bede om  
 aliunde *adv.*: andre steder  
 —  
 en *interjektion*: se der! (+ nom. el. akk.)  
 sino (sivi, situm, sinēre) 3.: tillader  
 servio (servi(v)i, servitum, servīre) 4.: tjener  
   (alicui)

usque dum *konj.*: lige indtil  
 tremulus (-us, -a, -um) *adj.*: rystende  
 canus (-us, -a, -um) *adj.*: grå  
 anilitas (-atis) *f.3.*: alderdom  
 annuo (annui, —, annuēre) 3.: med et nik  
   bekræfter (aliquid alicui)  
 —  
 transfero (transtuli, translatum, transferre) :  
   3. fører over (aliquem aliquid)  
 omen (ominis) *n.3.*: varsel  
 limen (liminis) *n.3.*: dørtrin  
 aureolus (-us, -a, -um) *adj.*: gylden  
 rassilis *adj.3.*: glat  
 subeo (subii, subitum, subīre) 4.: går under  
 foris (foris) *f.3.*: dør

aspice, intus ut accubans uir tuus Tyrio in toro totus immineat tibi. io Hymen Hymenaeae io, io Hymen Hymenaeae.	175
illi non minus ac tibi pectore uritur intimo flamma, sed penite magis. io Hymen Hymenaeae io, io Hymen Hymenaeae.	180
mitte brachiolum teres, praetextate, puellulae: iam cubile adeat uiri. io Hymen Hymenaeae io, io Hymen Hymenaeae.	185
<uos,> bonae senibus uiris cognitae bene feminae, collocate puellulam. io Hymen Hymenaeae io, io Hymen Hymenaeae.	190

intus *adv.*: indenfor  
 ut *konjunktion*: hvordan  
 accubo (accubäre) *1.*: ligger  
 Tyrius (-us, -a, -um) *adj.*: tyrisk, purpur<sup>a</sup>  
 torus (O) *m.2.*: seng  
 immineo (imminere) *2.*: efterstræber,  
   'er optaget af' (+ dativ)

senis (senis) *adj.3.*: gammel  
 cognitus (-us, -a, -um) *adj.*: kendt, prøvet  
 colloco (collocavi, collocatum, collocare) *1.*:  
   anbringer, sætter på plads

pectus (-oris) *n.3.*: bryst  
 uro (ussi, ustum, urere) *3.*: brænder  
 intimus (-us, -a, -um) *adj.*: inderst  
 penite *adv.*: dybt

bracchiolum (O) *n.2.*: lille arm  
 teres (-etis) *adj.3.*: buttet  
 praetextatus (-us, -a, -um) *adj.*:  
   med purpurbræmmede toga

<sup>a</sup>Tyros var en by i Fønikien som var specielt berømt for sin purpurfarve.



<p>ludite ut libet, et breui  liberos date. non decet  tam uetus sine liberis  nomen esse, sed indidem      semper ingenerari.</p>	215
<p>Torquatus uolo paruulus  matris e gremio suae  porrigens teneras manus  dulce rideat ad patrem      semihiante labello.</p>	220
<p>sit suo similis patri  Manlio et facile insciis  noscitetur ab omnibus,  et pudicitiam suae      matris indicet ore.</p>	225
<p>talis illius a bona  matre laus genus approbet,  qualis unica ab optima  matre Telemacho manet      fama Penelopeo.</p>	230
<p>claudite ostia, uirgines:  lusimus satis. at boni  coniuges, bene uiuite et  munere assiduo ualentem      exercete iuuentam.</p>	235

brevi (af brevis (adj.)) *adv.*: på kort tid  
vetus (veteris) *adj.3.*: gammel  
indidem *adv.*: samme sted fra,  
  'fra samme kilde'  
ingenero (ingenerare) 1.: frembringer, skaber  
—  
(Manlius) Torquatus (O) *m.2.*:  
  (brudgommens slægtsnavn)  
gremium (O) *n.2.*: skød  
porrigo (porrexi, porrectum, porrigere) 3.:  
  rækker frem  
dulce (af dulcis (adj.)) *adv.*: sødt  
rideo (risi, risum, ridere) 2.: smiler  
semihians (-ntis) *adj.3.*: halvåben  
labellum (O) *n.2.*: læbe

similis *adj.3.*: ligesom (+ dativ)  
inscius (-us, -a, -um) *adj.*: uvidende  
noscito (noscitare) 1.: kender  
pudicitia (A) *f.1.*: dyd  
indico (indicare) 1.: viser  
os (oris) *n.3.*: ansigt  
—  
laus (laudis) *f.3.*: ros  
genus (generis) *n.3.*: slægt, afstamning  
approbo (approbare) 1.: beviser  
unicus (-us, -a, -um) *adj.*: enestående  
Penelopeus (-us, -a, -um) *adj.*: som kommer  
  fra Penelope  
—  
ostium (O) *n.2.*: dør  
conjux (conjugis) *m./f.3.*: ægtefælle  
munus (muneris) *n.3.*: opgave  
adsiduus (-us, -a, -um) *adj.*: vedvarende  
valens (valentis) *adj.3.*: energisk  
exerceo (exercere) 2.: øver, 'tilbringer'  
juventa (A) *f.1.*: ungdom